DER BRIEF DES JAKOBUS

In alter lateinischer Uebersetzung aus der Zeit vor Hieronymus
nach Codex ff[1] Corbeiensis, früher in Paris, jetzt in
St. Petersburg, auf Neue herausgegeben

von

J. Belsheim.

Christiania.

Verlag von P. T. Mallings Buchhandlung.

1883.

16.AGO.1930

Abdruck aus „Theologisk Tidsskrift for den evangelisk-lutherske Kirke
i Norge“, Ny Række, IX. B. 2. H.

25671

Gedruckt in der Mallingschen Buchdruckerei.

Vorwort.

Als ich während eines Aufenthalts in St. Petersburg im Sommer 1880, wo ich mich insbesondere mit dem Durchgehen einer Anzahl griechischer Handschriften der kaiserlichen Bibliothek beschäftigte, den Cod. ff[1]. Corbeiensis abschrieb, der das Evangelium Matthäi in einer vorhieronymianischen Uebersetzung enthält und 1695 von Jean Martianay in Paris herausgegeben worden ist, nahm ich an, eine andere von diesem Herausgeber derzeit benutzte Handschrift, welche dieselbe Bezeichnung trug, wie jene, und den Brief des Jakobus enthielt, den er damals ebenfalls zusammen mit dem Evangelium Matthäi herausgab, werde entweder nicht mehr existiren oder doch nicht leicht wieder aufzufinden sein. Als ich hierauf im folgenden Jahre das Evangelium Matthäi aufs Neue nach jener Handschrift herausgab[1]), fügte ich (im Separatabdruck) anhangsweise den Jakobusbrief in einem Abdruck nach Martianays Ausgabe von 1695 hinzu. Ich that dies um so lieber, als man sonst beinahe Nichts von diesem Brief in der alten lateinischen Itala-Uebersetzung kennt, und Martianays Ausgabe jetzt eine grosse Seltenheit ist. Im Winter 1882 wurde ich indessen darauf aufmerksam, dass sich auch

[1]) In „Theologisk Tidsskrift", Neue Reihe, B. VIII. Daraus der Separatabdruck: „Das Evangelium des Matthäus" etc. Christiania 1881 (mit deutscher Vorrede).

die von Martianay 1695 zur Herausgabe des Jakobusbriefs benutzte Handschrift in St. Petersburg befinde. Ich fand nämlich in Gebhardts und Harnacks 1878 erschienenen zweiten Ausgabe des Barnabasbriefs (Barnabæ Epistula græce et latine) Pag. XXIV die Notiz, in der Dubrowskischen Sammlung auf der kaiserlichen Bibliothek existire eine Handschrift aus dem zehnten Jahrhundert, in der unter Anderem auch der Jakobusbrief stehe. Kurz nachher wurde ich auch durch Dr. I. J. Hort in einem Briefe hievon gütigst in Kenntniss gesetzt. Da ich annehmen musste, Martianays Ausgabe des Jakobusbriefs werde nicht besonders sein, indem ich gesehen hatte, wie schlecht der Text seiner Edition des Matthäus-Evangeliums ist[1]), so wünschte ich jene Handschrift untersuchen zu können. Dies glückte mir auf einer Reise nach St. Petersburg im Sommer 1882, wo ich von den Vorgesetzten der Bibliothek mit demselben Wohlwollen empfangen wurde, wie auf meinen früheren Reisen im Jahre 1879 und 1880.

Die in Rede stehende Membran-Handschrift besteht aus 93 Quartblättern; ihre Höhe ist gegen 24, ihre Breite gegen 19 Cm.; auf jeder Seite stehen 21 Zeilen. Die Schrift ist nach Einigen aus der Karolingischen Zeit, dem 8ten oder 9ten Jahrhundert. Andere setzen sie, vielleicht mit mehr Grund, in den Anfang des 10ten[2]). Die Handschrift gehörte ursprünglich dem Kloster Alt Corbei an, kam von dort nach dem Kloster St. Germain à Près bei Paris[3]) und wurde in der ersten französischen Revolution vom russischen Gesandtschaftssecretär Peter Dubrowski erworben und in seine Sammlung aufgenommen, mit der sie später in die kaiserliche

[1]) Vgl. meine Ausgabe in „Theologisk Tidsskrift" VIII. S. 149 f. Separatabdruck, Vorrede S. X f.

[2]) Vgl. die erwähnte Ausgabe des Barnabasbriefs Proleg. p. XXIV f. mit den Hinweisen, darunter v. Muralt im Bulletin de l'acad. imp. des sciences de St. Petersb. V. 1848 p. 1.

[3]) Es ist mit „Corbeiensis Monasterii 635 No. 717" bezeichnet.

öffentliche Bibliothek in St. Petersburg gekommen ist. Sie enthält folgende Schriften: 1. Liber Philastrii episcopi de hæresibus (Fol. 1—69). 2. Liber (Pseudo)-Tertulliani de cibis judaicis (Fol. 70—77). 3. Epistola Barnabæ (Fol. 77—89). 4. Epistola Jacobi (Fol. 89—93). Alle diese Stücke standen ursprünglich in einer Handschrift; aber Dubrowski hat diese Handschrift in zwei getheilt und jede von diesen für sich gebunden. Die erste enthält die Schrift des Philastrius, die zweite die übrigen Schriften. Sie sind in der kaiserlichen Bibliothek mit Qv. I. 38 und Qv. I. 39 bezeichnet.

Beim Collationiren meines Abdrucks des Jakobusbriefs nach Martianays Ausgabe mit der Handschrift fand ich, dass Martianay diesen Brief besser herausgegeben hat, als das Matthäus-Evangelium. Seine Aenderungen bestehen grösstentheils in einigen sprachlichen und orthographischen Verbesserungen, sowie darin, dass er den Brief in 20 kleine Capitel nach der Vulgata getheilt und diese Capitel vor demselben aufgerechnet hat. Diese Inhaltsliste und Eintheilung habe ich in der gegenwärtigen Ausgabe ausgelassen, da sie nicht mit zur Handschrift gehört. Ich glaubte, dass voller Grund dazu vorhanden war, den Brief aufs Neue nach der Handschrift herauszugeben. Ist sie doch die einzige, aus der wir den Brief in dieser älteren Uebersetzung kennen. Ausser ihr finden sich von vorhieronymianischen Uebersetzungen des Jakobusbriefs nur einige kleine Bruchstücke in einem Palimpsest in Wien, der niemals herausgegeben, sondern nur von C. Tischendorf untersucht und besprochen worden ist. Ich habe den Brief nach der Handschrift Seite für Seite und Zeile für Zeile gegeben. Die Abbreviaturen derselben habe ich aufgelöst. Mehrere Zeilen haben wegen des Formats der Zeitschrift gebrochen werden müssen. Die Interpunktionszeichen sind nach dem Abdruck vom Jahre 1881 beibehalten. — Eine Vergleichung mit der Vulgata und dem Grundtext war zwar

wünschenswerth, allein ich habe sie unterlassen müssen. Andere oder ich selbst können später eine solche liefern.

Dass die Uebersetzung des Jakobusbriefs in Cod. ff^1 Corb. nicht die in der Vulgata, sondern eine ältere ist, fällt den Sachverständigen gleich in die Augen.

Christiania, 1. Mai 1883.

J. Belsheim.

Incipit

Epistola Jacobi

feliciter.

Jacobus Dei et Domini Jesu Christi servus XII tribus que sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate, fratres mei, quando in varias temptationes incurritis, scientes quod probatio, vestra operatur sufferentiam, sufferentia autem opus consummatum habeat, ut sitis consummati et integri, in nullo deficientes: Et si cui vestrum deest sapientia, petat a Deo, quia dat omnibus simpliciter, et non improperat, et dabitur illi. Petat autem in fide, nihil dubitans. Qui autem dubitat, similis est fluctui maris, qui a vento fertur et defertur; Nec speret se homo ille quoniam accipiet aliquit a Domino. Homo duplici corde inconstans in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in altitudine sua: Locuples autem in humilitate sua, quoniam sicut flos feni transiet. Orietur enim sol cum æstu suo et siccat fenum, et flos eius

cadit et dignitas facie ipsius perit; sic et locuples in actu suo marcessit. Beatus vir qui sustinuerit temptetionem, (!) quoniam probatus factus accipiet coronam vite quam promittet eis qui eum diligunt. Nemo qui temptatur dicat, quoniam a Deo temptatur. Deus autem malorum temptator non est. Temptat ipse neminem. Unusquisque autem temptatur a sua concupiscentia, abducitur, et eliditur. Deinde concupiscentia concipit, et parit peccatum. Peccatum autem consummatum adquirit mortem. Nolite errare Fratres mei dilecti: Omnis datio bona, et omne donum perfectum desursum, descendit a Patre luminum, aput quem non est permutatio, vel modicum obumbrationis. Volens peperit nos verbo veritatis, ut simus primitie conditionum eius. Scitote, Fratres mei dilecti: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, tardus autem ad iracundiam: Iracundia enim viri iustitiam Dei non operatur. Et ideo exponentes omnes sordes et abundantiam malitie per clementiam excipite genitum verbum, qui potest[is [1])] salvare animas vestras. Estote autem factores verbi, et non auditores tantum, aliter consiliantes; Quia si quis auditor verbi est et non factor, hic est similis homini respicienti faciem natali sui in speculo: Aspexit se et recessit

[1]) („is" erasum) pr. m.

et in continenti oblitus est qualis erat. Qui autem respexit in legem consummatam libertatis et perseverans non audiens oblivionis factus, sed factor operum: hic beatus erit in operibus suis. Si quis[1]) autem putat se religiosum esse non infrenans linguam suam, sed fallens cor suum, huius vana est religio. Religio autem munda et immaculata apud Dominum hæc est: visitare orfanos et viduas in tribulatione eorum; servare se sine macula a seculo. Fratres mei, nolite in acceptatione[2]) personarum habere fidem Domini nostri Jesu Christi honeris. Si autem intraverit in synagogam vestram homo anulos aureos in digitos habens in veste splendida; intret autem pauper in sordida veste, Respiciatis autem qui vestitus est veste candida et dicatis: Tu hic sede bene et pauperi dicatis: Tu sta, aut sede illo sub scamello meo; Diiudicati estis inter vos, facti estis iudices cogitationum malorum (sic). Audite Fratres mei dilecti, nonne Deus elegit pauperes seculi locupletes in fide, et heredes regni, quod expromisit diligentibus eum? Vos autem frustratis pauperem. Nonne divites potentantur in vobis et ipsi vos tradunt ad iuditia? Nonne ipsi blasphemant in bono nomine, quod vocitum est in vobis? Si tamen lege consummamini

---

[1]) „que" corr. „quis" pr. m.

[2]) „acceptione" corr. „acceptatione" pr. m.

regale secundum Scripturam: Diliges proximum tuum tanquam te, benefacitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, a lege traducti tamquam transgressores. Qui enim tota lege servaverit peccaverit autem in uno, factus est omnium reus. Nam qui dixit: Non moechaberis, dixit et: Non occides. Si autem non moechaberis, occideris autem, factus est transgressor legis. Sic loquimini, et sic facite, quasi a lege liberalitatis iuditium sperantes. Iuditium autem non miserebitur ei, qui non fecit misericordiam. Super gloriatur autem misericordia iuditium. Quit prodest, Fratres mei, si quis dicat se fidem habere, opera autem non habeat? Numquit potest fides eum sola salvare? Sive frater, sive soror nudi sint, et desit eis victus cottidianus, Dicat autem illis ex vestris aliquis: vadite in pace, calidi estote et satulli: non dederit autem illis alimentum corporis; quid et prodest? Sic et fides, si non habeat opera, mortua est sola. Sed dicet aliquis: tu operam(!) habes, ego fidem habeo. Ostende mihi fidem sine operibus: et ego tibi de operibus fidem. Tu credis quia unus Deus. Bene facis. Et demonia credunt, et contremescunt. Vis autem scire, o homo vacue, quoniam fides sine operibus vacua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super aram? Vides quoniam fides

communicat cum operibus suis: et ex operibus fides confirmatur;
Et impleta est Scriptura dicens: Credidit Abraham Domino, et estimatum est ei ad iustitiam, et amicus Dei vocatus est. Videtis quoniam
ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum. Similiter
et Raab fornicaria, nonne ex operibus iustificatus (!) est, cum suscepisset exploratores ex XII tribus filiorum Israel et per aliam viam eos eiecisset? Sicut autem corpus sine spiritu mortuum est,
sic fides sine opera (!) mortua est. Nolite multi magistri esse, Fratres mei, scientes quoniam maius iuditium accipiemus. Multa autem
erramus omnes. Si quis in verbo non errat: hic erit consummatus
vir. Potens est se infrenare et totum corpus. Si autem equorum frenos in ora mittimus, ut possint consentire,
et totum corpus ipsorum convertimus. Ecce et naves tam magne sunt, et a ventis tam validis feruntur, reguntur autem
parvulo gubernaculo et ubicumque diriguntur voluntate eorum, qui eas gubernant. Sic et lingua parvulum membrum
est, et magna gloriantur. (!) Ecce pusillum ignis, in quam magna silva incendium facit? Et lingua ignis seculi iniquitatis. Lingua posita est in membris nostris, que maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis et incenditur a gehenna. Omnis autem natura bestiarum sive volatilium, repentium et natantium

domatur, et domita est. Natura autem humana linguam nemo hominum domare potest; inconstans malum, plena veneno mortifera (!) In ipsa benedicimus Dominum et Patrem: et per ipsam maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore exit benedictio et maledictio. Non decet, Fratres mei, haec sic fieri! Numquit fons ex uno foramine bullit dulcem et salmacidum? Numquid potest, fratres mei, ficus olivas facere? aut vitis ficus? sic nec salmacidum dulcem facere aquam. Quis sapiens, et disciplinosus in vobis demonstrat de bona conversatione opera sua in sapientie clementiam? Si autem zelum amarum habetis, et contentionem in precordiis vestris, quit alapamini mentientes contra veritatem? Non est sapientia, que descendit desursum sed terrestris, animalis, demonetica. Ubi enim zelus et contentio, inconstans ibi et omne pravum negotium. Dei autem sapientia primum sancta est, deinde pacifica et verecundie consentiens, plena misericordie, et fructuum bonorum sine diiudicatione inreprehensibilis sine hypocrisi. Fructus autem iustitie in pace seminatur, qui faciunt pacem. Unde pugne et unde rixe in vobis? nonne hinc? ex voluptatibus vestris, que militant in membris vestris? Concupiscitis, et non habebitis, occiditis et zelatis, et non potestis impetrare, rixatis

Cap. 3, 7—4, 2.

et pugnatis, et non habetis, propter quod non petitis. Petitis, et non accipitis, propter hoc quod male petitis, ut in libidines vestras erogetis. Fornicatores, nescitis quoniam amicitia seculi inimica Dei est. Quicumque ergo voluerit amicus seculi esse, inimicus Dei perseverat. Aut putatis quoniam dicit Scriptura: Ad invidiam convalescit spiritus, qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilis autem dat gratiam. Subditi estote Deo, resistite autem diabolo, et fugiet a vobis. Accedite ad Dominum, et ipse ad vos accedit. Mundate manus, peccatores, et sanctificate corda vestra. Duplices corde lugete, miseri, et plorate: risus vester in luctum convertatur, et gaudium in tristitiam. Humiliate vos ante Dominum, et exaltabit vos. Nolite detrahere de alterutro, frater. Qui detrahit de fratre, et iudicat fratrem suum, detrahit de lege, et iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iudex. Unus est legum positor et iudex, qui potest salvare et perdere. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Jam nunc qui dicunt: Hodie aut cras ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi annum, et negotiamur, et lucrum faciemus: Qui ignoratis crastinum. Quae autem vita vestra? momentum enim est per modica visibilia; deinde et exterminata. Propter quod dicere vos oportet: Si Dominus voluerit,

Cap. 4, 2—15.

et vivemus aut faciemus hoc aut illud. Nunc autem gloriamini in superbia vestra. Omnis gloria talis mala est. Scientibus autem bonum facere, et non facientibus, peccatum illis est. Iam nunc, locupletes, plorate ululantes in miseriis vestris advenientibus. Divitiæ vestræ putrierunt res vestræ. Tiniaverunt aurum vestrum, et argentum eruginavit; et erugo ipsorum erit vobis in testimonium, et manducabit carnes vestras tanquam ignis. Thesaurizastis et in novissimis diebus, Et ecce mercedes operariorum, qui araverunt in agris vestris, quod abnegastis, clamabunt, et voces, qui messi sunt ad aures Domini Sabaoth introierunt. Fruiti estis super terram, et abusi estis: Cibastis corda vestra in die occisionis: Damnastis et occidistis iustum, non resistit vobis. Patientes ergo estote, Fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat honoratum fructum terre patiens in ipso usquequo accipiat matutinum et serotinum fructum. Et vos patientes estote, confortate precordia vestra, quoniam adventus Domini adpropiavit. Nolite ingemescere, fratres, in alterutrum, ne in iuditium incidatis. Ecce iudex ante ianuam stat. Accipite experimentum, Fratres, de malis passionibus et de pacientia, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatos dicimus, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, et finem Domini vidistis. Quoniam visceraliter Dominus misericors est. Ante omnia autem, Fratres mei,

Cap. 4, 15—5, 12.

nolite iurare, neque per celum, neque per terram, nec alterutrum iuramentum. Sit autem aput vos: Est, est: Non est, non est, ne in iuditium incidatis. Anxiat aliquis ex vobis: oret; hilaris est: psalmum dicat. Et infirmus est aliquis in vobis: vocet presbyteros, et orent super ipsum, ungentes oleo in nomine Domini: Et oratio in fide salvabit laborantem, et suscitavit illum Dominus: et si peccata fecit, remittuntur ei. Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro alterutro, ut remittatur vobis. Multum potest petitio iusti frequens. Helias homo erat similis nobis: et oratione oravit ut non plueret, et non pluit in terra annis tribus et mensibus sex. Sed iterum oravit: et celum dedit pluviam, et terra germinavit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et aliquis eum revocaverit, Qui revocaverit peccatorum de erroris via, salvat annimam de morte sua, et operiet multitudinem peccati.

Explicit
Epistola Jacobi,
filii Zebedei.

Cap. 5, 12—20.

In demselben Verlage ist erschienen:

Codex Aureus

sive qvattuor evangelia
ante Hieronymum Latine translata.

E codice membranaceo partim purpureo ac litteris aureis inter extremum quintum et initium septimum saeculum, ut videtur, scripto, qui in regia Bibliotheca Holmiensi asservatur.

Nunc primum examinavit atque ad verbum transcripsit et edidit
J. Belsheim.

Partem sumptuum suppeditavit societas scientiarum Christianiensis.

Gr. 8vo. 1878. LVI + 334 S. und 5 zum Theil vergoldete Planchen.
Preis 15 Kroner.

Die Apostelgeschichte

und

die Offenbarung Johannis

in einer alten lateinischen Uebersetzung aus dem „Bigas Ilyorum"
auf der königlichen Bibliothek zu Stockholm.

Zum ersten Mal herausgegeben von
Johannes Belsheim.

Nebst einer Vergleichung der übrigen neutestamentlichen Bücher in derselben Handschrift mit der Vulgata und mit anderen Handschriften.

Gr. 8vo. 1879. XIX + 134 S. Preis 4 Kroner.

Das Evangelium des Matthäus

nach dem lateinischen Codex ff[1] Corbeiensis auf der kaiserlichen Bibliothek zu St. Petersburg von Neuem in verbesserter Gestalt herausgegeben

von

J. Belsheim.

Nebst einem Abdruck des Briefes Jacobi nach Martianays Ausgabe von 1695.

Gr. 8vo. 1881. XIV + 69 S. Kroner 2,60.

Die in demselben Verlage von J. Belsheim früher herausgegebenen Bücher: „Codex Aureus, etc." (1878), „Die Apostelgeschichte und die Offenbarung Johannis etc." (1879) und „Das Evangelium des Matthäus etc." (1881) sind von gelehrten angezeigt worden in mehreren norwegischen, schwedischen, dänischen, deutschen, französischen, englischen und amerikanischen Blättern und Zeitschriften.

Vom Codex Aureus:

Prof. Zarnckes „Literarisches Centralblatt" (Leipzig) sagt: „— — Wir freuen uns, auf dem noch so vielfältig Kraftanstrengungen beanspruchenden Gebiete der vorhieronymitischen lateinischen Bibeltexte an Herrn Belsheim einen rüstigen Mitarbeiter gewonnen zu haben, der sich schon jetzt um dasselbe durch die Veröffentlichung des in vorzüglicher Hinsicht wichtigen cod. aureus und durch die hieran geknüpften gelehrten Untersuchungen verdient gemacht hat und dem wir zu ferneren ähnlichen Leistungen, besonders zu der für die nächste Zeit geplanten Herausgabe des gigas Holmiensis zu das Tageslicht viel Glück und die beste Förderung wünschen."

Prof. Bohlfrers „Theologische Literaturzeitung" (Leipzig) schreibt: „— — Eine Vergleichung mit dem Texte der Vulgata ergab mehrfache Abweichungen von dieser, dagegen öftere Uebereinstimmung bald mit mehreren, bald mit einem oder dem anderen der uns erhaltenen Denkmäler vorhieronymitischer Versionen, und dieser Entdeckung verdanken wir die vorliegende mit Fleiss und Sorgfalt gearbeitete Publication, für welche dem Herausgeber zunächst als der Gesellschaft der Wissenschaften zu Christiania, welche einen Theil der Herstellungskosten auf sich genommen, aufrichtigst Dank gebührt."

„Polybiblion" (Paris) sagt: „— — Toujours est il que l'édition de M. Belsheim est très importante pour l'étude des textes de l'ancienne Italie, surtout plus qu'aucun autre manuscrit ne le donne aussi complet que celui-ci. Quant à l'exécution matérielle, elle est digne de l'auguste personnage (Oscar II) à qui l'éditeur a dédié son travail."

„Athenæum" (London) schreibt: „— — The edition of the four Gospels from the „Codex Aureus" of Stockholm, which we have just received, is done splendidly and with the greatest care. The Latin text is neither that of Jerome nor the Itala, according to the collations given by the editor Mr. Jonnes Belsheim. The Preface is most instructive in every respect."

„The Academy" (London) sagt: „— — Nothing here said will, I hope, be taken as a disparagement of Mr. Belsheim's admirable labours. He deserves ample acknowledgment of the pains which he has taken to reproduce faithfully in a cheap form a really interesting MS. belonging to a class which has been woefully neglected. It is much to be desired that his example should be followed among ourselves, for England and Ireland are rich in Latin Biblical MSS. of equal and of yet higher interest."

„The Guardian" (London) schreibt: „— — The general execution of this plan deserves high praise; and yet there is no sacrifice of elegance in the printing: and the result is not only a book of great literary interest, but one of real beauty. We are glad to see such a labour of love in the cause of Biblical scholarship proceeding from a Norwegian scholar, and remark with particular pleasure the religious earnestness of the prayer with which he concludes his Preface."

„Western Christian Advocate" (Cincinnati) sagt: „— — The plates in the printed volume are all good, the first one serving as frontispiece, is a fac-simile in gold and colors, giving a fine idea of the magnificence of the manuscript. This edition is a valuable contribution to New Testament criticism."